



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

15. De Musa puella quæ post apparitionem B. Virginis nouum hominem induit, & paulò post sanctè moriens, videt Deiparam virginibus speciosis stipatam, cui se vocanti, mox è corpore emigrans illa ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

in carcere, quo conclusus erat idem Anato-
lius; in hanc igitur ille tot scelerum sibi con-
sciis oculos conijcere, & coram ea supplici-
ter orare, veniamque petere, & externo qui-
dem corporis habitu animi poenitentiam si-
mulare: sed ut ea hypocrisi & ficto animo su-
peros fallere minimè posset. Caterùm à Præ-
fecto carceris alijsque multis, qui in custodia
tunc aderant, est animaduersum, Deiparam in
immagine dicta expressam, velut iratæ mulieris
similem, auertisse vultum, ac nullum Anatolij
precibus tribuisse locum, quasi blasphemum
& execrabilem hominem prorsus auersare-
tur. Sed & eadem imago pijs in vrbe alijs eo-
dem tempore per visum oblata est, multis in
eo tandem conspirantibus, ut Anatolij tum in
Mariam, tum in Christum ipsum valdè con-
tumeliosi horrenda impietas publicè vindi-
cicaretur. Proinde visum est omnibus hunc fa-
cinorosum ac impium è medio tollere, qui
bestijs expositus, ab ijsque deuoratus fuit: lu-
pis etiam inaudita crudelitate in mortuum
grassantibus, quoniam rapaces bestix cadaver
impij detrahere, rapere, atque discerpere vo-
luerunt.

*Gregorius Magnus libr. 4. cap. 17. Dialogo-
rum. De Musa puella, qua post apparitio-
nem B. virginis nouum hominem induit,
& paulò post sanctè moriens, videt Deipa-
ram virginibus speciosis stipatam, cui se vo-
canti, mox è corpore emigras illa cõiungitur.*

C A.

GREGORIUS Magnus historiam de M
 puella memorabilem narrat. Huic
 ste sacra virgo & Dei genitrix MARI
 per visionem apparet, eiq; multas puellas co
 uas in vestibus albis ostendit. Musa illarum
 pectu & splendore delectata, libenter eis se
 aggregasset, sed cum præ pudore non audere
 amanter à Deipara interrogatur, vellētne
 cum alijs in hoc viuere gynæceo, & sibi qu
 que deseruire. Cùm illa se velle respondi
 hoc vnum in mandatis accepit, vt maior
 vitæ ac morum indueret grauitatem, seque
 rifi, iocis, omniq; leuitate puellari abstin
 ret: ita demùm fore, vt die trigesimo puell
 alijs, quas præsentis aspiceret, consociaret
 atque in suum ministerium cooptaretur. A
 monitis paruit Musa, & deinceps supra
 tem ac consuetudinem grauitate sese gessit
 subitò mutasse mores, & sicut aiunt, nuce
 liquisse videretur: Parentes etsi hanc adeo
 pentinam filia mutationem primùm adm
 rentur, tamen cùm factæ apparitionis
 num intellexissent, puellæ instituto non re
 gnarunt, fidemq; certiore narratione
 præbuerunt, quod sequens mors filia trig
 mo die ex hac vita migratis visionem nõ
 esse monstraret. Moritur verò, Deipara
 sus apparet, speciosis illis puellis vt ante
 pata, quæ Musam vt ad se veniat, vocare dicit
 tur. Mox puella quantumuis moribunda

lis reuerenter depreſſis, & aperta voce clamando reſpondet: Ecce Domina venio. Ecce Domina venio. In qua etiam voce, vt Gregorianis verbis vtar, ſpiritum tradidit, & ex virgineo corpore, habitatura cum ſanctis virginibus exiuit.

Gregorius Turoſenſis lib. de gloria plurimorum martyrum cap. 8. De impio Iudæo ſuum filium in fornacem ardentem conijciente ob odium fidei Chriſtiane, quem B. virgo in medijs flammiſ illæſum conſeruauit.

CAP. XVI.

Iudæi cuiuſdam vitriarij filius, cùm apud Chriſtianos pueros ad ſtudia literarum exerceretur, quadam die dum Miſſarum feſta in Baſilica Beatæ Mariæ celebrarentur, ad participationem glorioſi corporis & ſanguinis Domini cum alijs infantibus infans acceſſit. Quo ſancto aſſumpto gaudens ad domum patris reuertitur, illoque imperante inter amplexus & oſcula, quæ acceperat, cum gaudio refert. At ille Chriſto Domino ac eius legibus inimicus, ait: Si cum eis infantibus communicavi, oblitus paternæ pietatis, ad vlcifcendam Moſaicę legis iniuriam parricidus in te durus exiſtam. Et apprehenſum puerum, in os fornacis ardentis proiecit, multaque lingua, quo vehementius exureretur, iniecit. Hoc cùm audiſſet mater, quod ſcilicet filium communem pater deliberaviſſet exurere, cucurrit ad liberandum eum. Sed cùm audiſſet in-

cen-